



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Parallela Geographiae Veteris Et Novae

Parallela Geographica Italiae Veteris Et Novae

Briet, Philippe

Parisiis, 1649

Nvm. 5. Hernici.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13120

NUM. 5. *Hernici*, hodie les territoires d'Anagni, & d'Alatro, en la Champagne de Rome.

VR-
BES { ANAGNIA caput Hernicorum: hodie *Anagni*; incolæ Anagnini; Græcis etiam Anagnates; Diues à Virgilio, Cerealis Silio dicitur.
ALATRIUM: *Alatro*; aliter Alatrium Colonia, & Municipium, cuius incolæ Alatrinates.
HER-
NI- { FERENTINUM: *Ferentino*, & corruptè vulgò *Florentino*; fuit olim Volscorum, sed iis creptum est ab Hernicis, quâ de re Volsci apud Liuium conqueruntur.
CO-
RVM. { Verulæ, Floro Veruli, Colonia, à Nerua Imp. illustrata: hodie *Veroli*.

NUM. 6. *Aequi*, seu *Aequicoli*, hodie partie de la Champagne de Rome, autour de Subiaco, & à la source du Teuerone.

VR-
BES { ALGIDUM oppidum, & mons Algidus, Romæ primordiis locus vterque clarus: hodie *l'Ostera* dicitur Cluuerio. Monti adiacet sylua eidem cognominis retinens reliquias veteris nominis *selua dell' Aglio*; incolæ Algidenses dicebantur.
ÆQVORVM, seu ÆQVICVLORVM. { Corbio, Romanis tradita ab Æquis victis, & diruta à M. Horatio Puluillo V. C. an. 297. vrbs hæc sita erat supra Algidum.
VITELLIA Colonia, vnde Vitellij Imp. maiores, olim ab Æquis per prodicionem occupata: Colonia peruetus erat paulò supra *Corbionem*.
TREBA: hodie *Trena*, & *Trene*; in Itinerario Trebulæ, Colonia, quam aliqui dictam volunt Augustam; huic montes vicini Plinio dicuntur Trebani, vnde oritur Anio Fl.
VALERIA, aliter VARIA: hodie *Vico-Varo*, ad Anienem Fl. Marsi tribuitur apud Anastasium, quia hoc æuo latius sumebatur nomen Marforum.
Carfeoli: *Arfuli*; à scriptoribus mediæ æui Carfulis, quâ vrbe Romani utebantur pro custodiâ nobiliorum, & triumphatorum.
SVBLAQVEVM villa, seu Sublacensis Neronis, à tribus lacubus sic dicta vt ait Plinius, qui Sambriui, vel Sambriuij dicuntur; postea idem locus dictus est Sublacus, quò secessit S. Benedictus antequam Cassinum peteret: hodie *Subiaco*.
Parall. Geogr. Tom. II. HHh